

rationem complures qui ad Catilinam initio profecti sunt; in his erat Fulvius, senatoris filius, quem retractum ex itinere parens necari jussit. Iisdem temporibus Romæ Lentulus, sicuti Catilina præceperat, quoscumque moribus aut fortunâ novis rebus idoneos credebatur, aut per se aut per alios sollicitabat; neque solum cives, sed cujuscumque modi genus hominum, quod modò usui bello foret.

XL. Igitur P. Umbreno cuidam negotium dat, uti legatos Allobrogum requirat, eosque si possit impellat ad societatem belli; existumans publicè privatimque ære alieno oppressos, præterea quòd naturâ gens gallica bellicosa esset, faciliè ad tale consilium adduci posse. Umbrenus, quòd in Galliâ negotiatus erat, plerisque principibus civitatum notus erat, atque eos noverat; itaque sine morâ, ubi primùm legatos in foro conspexit, percunctatus pauca de statu civitatis, et quasi dolens ejus casum, requirere cœpit quem exitum tantis malis sperarent. Postquam illos videt queri de avaritiâ magistratum, accusare senatum quòd in eo auxilii nihil esset, miseris suis remedium mortem exspectare: « At ego, inquit, vobis, si modò viri esse vultis, rationem ostendam quâ tanta mala ista effugiatis. » Hæc ubi dixit, Allobroges in spem maxumam adducti, Umbrenum orare, uti sui misereretur: nihil tam asperum neque tam difficile esse, quin cupidissimè facturi essent, dum ea res civitatem ære alieno liberaret. Ille eos in domum Decii Bruti perducit, quòd foro propinqua erat, neque aliena consilii propter Semproniam; nam tum Brutus ab Româ aberat. Præterea Gabinium arcessit, quò major auctoritas sermoni inesset: eo præsentem conjurationem aperit; nominat socios; præterea multos cujusque generis innoxios, quò legatis animus amplior esset; dein eos, pollicitos operam suam, domum dimitit.

XLI. Sed Allobroges diu in incertum habuere quidnam

Quod modò, con tal que pudiesen tomar las armas.

XL. *Publicè*, por sí mismo y á nombre de su patria. *Negotiatus*, habia traficado. *Requirere*, comenzó á sonsacarlos. *Si modò*, si sois hombres de valor. *Dum*, á trueque de que esto librase de las deudas á su ciudad. *Neque aliena*, y no estaba ignorante de la trama. *Innoxios*, que nada sabían de la conjuración. *Operam*, sus personas.

XLI. *In incertum*, anduvieron por mucho tiempo pensativos.

questus, docet se præmisisse Manlium ad eam multitudinem, quam ad capiunda arma paraverat; item alios in alia loca opportuna qui initium belli facerent, seque ad exercitum proficisci cupere si priùs Ciceronem oppressisset: eum suis consiliis multùm officere.

XXVIII. Igitur, perterritis ac dubitantibus ceteris, C. Cornelius eques romanus operam suam pollicitus, et cum eo L. Vargunteius senator, constituere eâ nocte paulò post cum armatis hominibus, sicuti salutatum, introire ad Ciceronem, et de improvisò domi suæ imparatum confodere. Curius, ubi intelligit quantum periculum consuli impendeat, properè per Fulviam Ciceroni dolum qui parabatur enuntiat: ita illi, januâ prohibiti, tantum facinus frustra susceperant. Interea Manlius in Etruriâ plebem sollicitare egestate simul ac dolore injuriæ, novarum rerum cupidam, quòd Sullæ dominatione agros bonaque omnia amiserat; præterea latrones cujusque generis, quorum in eâ regione magna copia erat, nonnullos ex Sullanis coloniis, quibus lubido atque luxuria ex magnis rapinis nihil reliqui fecerant.

XXIX. Ea cum Ciceroni nuntiarentur, ancipiti malo per-motus, quòd neque urbem ab insidiis privato consilio longius tueri poterat, neque exercitus Manlii quantus aut quo consilio foret satis compertum habebat, rem ad senatum refert, jam antea vulgi rumoribus exagitatam. Itaque, quòd plerumque in atroci negotio solet, senatus decrevit, darent operam consules, ne quid respub. detrimenti caperet: ea potestas per senatum more romano magistratui maxuma permittitur, exercitum parare, bellum gerere, coercere omnibus modis socios atque civis: domi militiæque imperium atque judicium summum habere: aliter, sine populi jussu nulli earum rerum consuli jus est.

Officere, perjudicaba mucho.

XXVIII. *Dubitantibus*, suspensos. *Operam*, su persona. *Sicuti salutatum*, como que iban á visitarle. *Imparatum*, cogiéndole desprevenido coserlo á puñaladas improvisamente. *Prohibiti*, no habiendo tenido entrada. *Novarum*, novedades, mudanzas de gobierno. *Quibus*, á quienes nada quedò de sus robos por haberlo gastado en lujo y desórdenes.

XXIX. *Ancipiti*, del mal que por dos lados amenazaba. *Privato*, defender por sí solo por mas tiempo. *Exagitatam*, de que ya antes se habia hablado en los corrillos del vulgo. *Coercere*, obligar á que concurren.

XXX. Post paucos dies. L. Sænius senator in senatu litteras recitavit, quas Fæsulis allatas sibi dicebat a Q. Fabio, in quibus scriptum erat C. Manlium arma cepisse cum magnâ multitudine ante diem VI kal. Novemb. : simul, id quod in tali re solet, alii portenta atque prodigia nuntiabant, alii conventus fieri, arma portari, Capuæ atque in Apuliâ servile bellum moveri. Igitur senati decreto Q. Marcius Rex Fæsulas, Q. Metellus Creticus in Apuliam, circumque ea loca missi : hi utrique ad urbem imperatores erant impediti ne triumpharent calumniâ paucorum, quibus omnia honesta atque inhonesta vendere mos erat; sed prætores Q. Pompeius Rufus Capuam, Q. Metellus Celer in agrum Picenum; hisque permissum, uti pro tempore atque periculo exercitum compararent : ad hoc, si quis indicasset de conjuratione quæ contra republ. facta erat, præmium, servo libertatem et sestertia centum, libero impunitatem ejus rei et sestertia ducenta. Itemque decrevere, uti familiæ gladiatoriæ Capuam et in cetera municipia distribuerentur pro cujusque opibus, Romæ per totam urbem vigiliæ haberentur, eisque minores magistratus præessent.

XXX. *In quibus*, cuyo contenido era. *Portenta*, cosas horribles y espantosas (esto es, de mal pronóstico). *Conventus*, juntas. *Circumque*, y á sus contornos. *Impediti*, se les habia estorbado entrar en triunfo. *Pro tempore*, segun la necesidad y el peligro. *Indicasset*, descubria la conjuracion. *Libero*, si era libre quedar sin castigo, y doscientos sestercios. *Familiæ*, cuadrillas de gladiadores. *Cujusque*, segun la facultades de cada pueblo. *Vigiliæ*, y que por la noche por toda la ciudad anduviesen rondas, cuidando de esto los magistrados menores.

Senati, en lugar de *senatûs*, arcaismo.

Marcus Rex, sobrenombre de la familia de los Marcios, por descender de Anco Marcio, cuarto rey de los Romanos.

Creticus, llamábase así por haber conquistado á Creta, como á Esci-

pion se le dió el nombre de Africano.

Gladiatoria, dábase este nombre de familia á aquellos que aprendian ó servian á un maestro de esgrima. Repartieronse por los municipios, para que no se alborotasen entonces á rio revuelto, como antes lo habian hecho.

XXXI. Quibus rebus permota civitas, atque immutata facies urbis erat : ex summâ lætitiâ atque lasciviâ, quæ diuturna quies pepererat, repentè omnis tristitia invasit : festinare, trepidare, neque loco neque homini cuiquam satis credere; neque bellum gerere, neque pacem habere : suo quisque metu pericula metiri : ad hoc, mulieres, quibus rei pro magnitudine belli timor insolitus incesserat, afflicti sese; manus supplices ad cælum tendere; miserari parvos liberos; rogitare; omnia pavere; superbiâ atque deliciis omissis, sibi patriæque diffidere. At Catilinæ crudelis animus eadem illa movebat, tametsi præsidia parabantur, et ipse lege Plautiâ interrogatus erat ab L. Paulo : postremò, dissimulandi causâ, et quasi sui expurgandi, sicuti jurgio lacessitus foret, in senatum venit. Tum M. Tullius consul, sive præsentiam ejus timens, sive irâ commotus, orationem habuit luculentam atque utilem reipubl. quam postea scriptam edidit. Sed ubi ille adsedit, Catilina, ut erat paratus ad dissimulanda omnia, demisso vultu, voce supplici, postulare a patribus, ne quid de se temerè crederent : eâ familiâ ortum, ita ab adolescentiâ vitam instituisse, ut omnia bona in spe haberet : ne existimarent sibi patritio homini, cujus ipsius atque majorum plurima beneficia in plebem rom. essent, perditâ republ. opus esse, cum eam servaret M. Tullius, inquilinus civis urbis Romæ; ad hoc maledicta alia cum adderet, obstrepere omnes, hostem atque parricidam vocare : tum ille furibundus : « Quo-

XXXI. *Permota*, los ciudadanos estaban commovidos, y mudó de semblante la ciudad. *Pepererat*, habia ocasionado. *Invasit*, se siguió todo género de tristeza : todos andaban azorados y asustados, sin fiarse de lugar ni de persona alguna. *Rei pro*, á vista de la grandeza del suceso. *Miserari*, se lastimaban de sus tiernos hijos, y acudian con rogativas á los dioses. *Superbiâ*, dejando el fausto y regalo. *Sibi*, de suerte. *Eadem illa*, no desistia de sus intentos. *Interrogatus*, se le habia hecho cargo de su proceder segun la ley, etc. *Sicuti*, como si le hubieran puesto una querrela injusta. *Edidit scriptam*, publicó. *Omnia*, para disimular todo lo que le acumulaban. *Eâ familiâ*, que de un nacimiento y conducta como la suya desde su juventud, no debian prometerse sino todo bien. *Inquilinus*, un ciudadano forastero, cual era M. Tulio. *Maledicta*, injurias. *Obstrepere*, á dar voces contra Catilina...

niam quidem circumventus, inquit, ab inimicis præceps agor, incendium meum ruinâ restinguam. »

XXXII. Dein se ex curiâ domum proripuit : ibi multa secum ipse volvens, quòd neque insidiæ consuli procedebant, et ab incendio intelligebat urbem vigiliis munitam, optimum factu credens exercitum augere, ac prius quàm legiones scriberentur multa antecapere quæ bello usui forent, nocte in tempestâ cum paucis in Manliana castra profectus est ; sed Cethego atque Lentulo, ceterisque, quorum cognoverat promptam audaciam, mandat, quibus rebus possent opes factionis confirmant, insidias consuli maturent, cædem, incendia, aliaque belli facinora parent, sese propediem cum magno exercitu ad urbem accessurum.

XXXIII. Dum hæc Romæ geruntur, C. Manlius ex suo numero legatos ad Q. Marcium Regem mittit cum mandatis hujuscemodi :

« Deos hominesque testamur, imperator, nos arma, neque contra patriam cepisse, neque quòd periculum aliis faceremus, sed uti corpora nostra ab injuriâ tuta forent : qui miseri, egentes, violentiâ atque crudelitate fœneratorum, plerique patriâ, sed omnes famâ atque fortunis expertes sumus : neque cuiquam nostrum licuit more majorum lege uti, neque amisso patrimonio corpus liberum habere : tanta sævitia fœ-

Circumventus, supuesto, dijo, que me veo calumniado y precipitado por mis enemigos, apagaré con vuestra ruina el incendio que contra mí se ha causado.

XXXII. *Optimum factu*, por lo mas acertado. *Antecapere*, prevenir de antemano muchas cosas. *Promptam*, que sabia eran los mas determinados. *Quibus*, que por todos los medios posibles afiancen el poder de la conjuracion, se den prisa á asesinar al cónsul.

XXXIII. *Legatos*, comisionados de los suyos. *Cum mandatis hujuscemodi*, encargándoles lo siguiente. *Periculum*, ni para hacer daño á nadie. *Plerique*, los mas hemos perdido nuestra patria, y todos nuestro crédito y hacienda. *Uti lege*, usar del privilegio de las leyes (contra las usuras)...

Corpus liberum, alude á una ley de las doce tablas, que permitia á los acreedores tener á sus deudores en su propia casa con grillos y ca-

neratorum atque prætoris fuit. Sæpe majores vestrum miserriti plebis rom. decretis suis inopiæ ejus opitulati sunt : ac novissumè memoriâ nostrâ, propter magnitudinem æris alieni, volentibus omnibus bonis, argentum ære solutum est. Sæpe ipsa plebes, aut dominandi studio permota, aut superbiâ magistratuum armata, a patribus secessit : at nos, non imperium neque divitias petimus, quarum rerum causâ, bella atque certamina omnia inter mortalis sunt, sed libertatem, quam nemo bonus nisi cum animâ simul amittit. Te atque senatum obtestamur, consulatis miseris civibus ; legis præsidium, quod iniquitas prætoris eripuit, restituatis, neve nobis eam necessitudinem imponatis, ut quæramus quoniam modo, maxumè ulti sanguinem nostrum, pereamus. » *

XXXIV. Ad hæc Q. Marcium respondit : si quid ab senatu petere vellent, ab armis discedant, Romam supplices profiscantur : eâ mansuetudine atque misericordiâ senatum populumque romanum semper fuisse, ut nemo unquam ab eo frustra auxilium petiverit. At Catilina ex itinere plerisque consularibus, præterea optumo cuique litteras mittit ; se falsis criminibus circumventum, quoniam factioni inimicorum resistere nequiverit, fortunæ cedere, Massiliam in exsilium proficisci, non quòd sibi tanti sceleris conscius esset, sed uti resp. quieta foret, neve ex suâ contentione seditio oriretur. Ab his

Opitulati sunt, ampararon su miseria. *Volentibus*, con aprobacion de. *Secessit*, se rebeló contra el senado. *Animâ*, con la vida. *Neve*, ni nos pongais en el extremo de perecer despues de haber tomado venganza de nuestra destruccion.

XXXIV. *Non quòd*, no porque le remordiese la conciencia de tan enorme delito. *Contentione*, y por su resistencia no se levantase un tumulto...

denas, sacarlos á vender, y aun poder descuartizar (*secare in partes*) á los deudores rehacios. Esta ley la moderó Petillo, mandando que solo la hacienda y no la persona estuviese á la satisfaccion de las deudas ; y esta ley es la que no se guardaba con los de Manlio.

Ære, se redujo á la cuarta parte

el pago de las deudas, conforme á una ley que permitia esta rebaja, como si dijera : por cada denario de plata, *argentum*, se pagó un sestercio de metal, *ære*.

Quarum rerum causâ, verdad comprobada con todas las historias del mundo,

longè diversas litteras Q. Catulus in senatu recitavit, quasi sibi nomine Catilinæ redditas dicebat : earum exemplum infra scriptum est.

XXXV. « L. Catilina Q. Catulo S. Egregia tua fides recognita gratam mihi magnis in meis periculis fiduciam commendationi meæ tribuit : quamobrem defensionem in consilio novo non statui parare : satisfactionem ex nullâ conscientia de culpâ proponere decrevi : quam, me Dius Fidius, licet veram mecum recognoscas. Injuriis, contumeliisque concitatus, quòd fructu laboris industriaeque meæ privatus, statum dignitatis non obtinebam, publicam miserorum causam pro meâ consuetudine suscepi : non quin æs alienum meis nominibus ex possessionibus solvere possem, cum alienis nominibus liberalitas Aureliæ Orestillæ suis filiaque copiis persolveret : sed quòd non dignos homines honore honestatos videbam, meque falsâ suspicione alienatum esse sentiebam ; hoc nomine satis honestas pro meo casu spes reliquæ dignitatis conservandæ sum secutus. Plura cum scribere vellem, nuntiatum est mihi vim parari. Nunc Orestillam tibi commendo, tuæque fidei trado : eam ab injuriâ defendas per liberos tuos rogatus. Aveto. »

XXXVI. Sed ipse, paucos dies commoratus apud C. Flaminium Fammam in agro Reatino, dum vicinitatem antea

Nomine, de parte. *Exemplum*, su copia es la siguiente.

XXXV. *Egregia*, tu gran fidelidad que tengo bien experimentada, y que en mis mayores peligros me ha sido muy apreciable, me pone en la confianza de recomendarte el estado de mis cosas ; por tanto no pienso hacer una defensa de mi nueva resolucion, pero sí dar una prueba á todo el mundo de que no me remuerde la conciencia en todo lo que he hecho : lo cual á fe mia puedes reconocer conmigo ser verdad. *Statum*, no se me daba el honor que me correspondia. *Non quin*, no porque no pudiese pagar con mis posesiones el dinero que tomé prestado en mi nombre cuando la liberalidad de Aurelia Orestila pagó con su hacienda y la de su hija lo que tomé con fianzas ajenas. *Alienatum*, excluido de los honores. *Hoc nomine*, por este motivo. *Pro meo*, segun el estado en que me hallo. *Reliquæ*, el poco honor que me han dejado. *Vim*, que se arma gente contra mí. *Rogatus*, rogándote por el amor que tienes á tus hijos, que, etc.

XXXVI. *Reatino*, en territorio de Rieti. *Dum*, mientras provee de armas á los pueblos comarcanos que antes habia sublevado...

sollicitatam armis exornat ; cum fascibus atque aliis imperii insignibus in castra ad Manlium contendit. Hæc ubi Romæ comperta sunt, senatus Catilinam et Manlium hostes judicat ; ceteræ multitudini diem statuit, antequam liceret sine fraude ab armis discedere, præter rerum capitalium condemnatis : præterea decernit, uti consules delectum habeant ; Antonius cum exercitu Catilinam persequi maturet ; Cicero urbi præsidio sit. Eâ tempestate mihi imperium populi romani multò maxumè miserabile visum est, cui cum ad occasum ab ortu solis omnia domita armis parerent, domi otium atque divitiæ, quæ prima mortales putant, affluerent, fuere tamen cives, qui seque remque publicam obstinatis animis perditum irent ; namque duobus senati decretis, ex tantâ multitudine, neque præmio inductus conjurationem patefecerat, neque ex castris Catilinæ quisquam omnium discesserat. Tanta vis morbi, uti tabes, plerosque civium animos invaserat.

XXXVII. Neque solùm illis aliena mens erat, qui conscii conjurationis fuerant, sed omnino cuncta plebes novarum rerum studio Catilinæ incepta probabat : id adeò more suo videbatur facere : nam semper in civitate, quis opes nullæ sunt, bonis invident, malos extollunt ; vetera odere, nova exoptant ; odio suarum rerum mutari omnia student ; turbâ atque seditionibus sine curâ aluntur, quoniam egestas facillè habetur sine damno. Sed urbana plebes ea verò præceps ierat

Judicat, declara. *Ceteræ*, para los demás de la conjuracion señala dia fijo, hasta el cual impunemente pudiesen dejar las armas, excepto los que tenian pena capital. *Delectum*, hagan levass de gente. *Domita*, obedeciendo el mundo entero conquistado por sus armas desde, etc. *Domi*, gozando Roma de paz y abundancia de riquezas, bienes en la consideracion de los hombres los mas estimables. *Irent perditum*, intentaban arruinarse á sí mismos y á la república. *Tanta vis*, tan grave dolencia habia cundido como mal contagioso por los mas de los ciudadanos.

XXXVII. *Aliena mens*, intencion torcida. *Id adeò*, tan conforme á su costumbre obraba en esto. *Turbâ*, de tumultos y bandos, sin pasar cuidado por nada ; porque el infeliz nada tiene que perder. *Præceps ierat*, habia cometido este exceso por muchas razones.

Quibus (sup. illi).

multis de causis. Primum omnium, qui ubique probro atque petulantia maxumè præstabant; item alii per dedecora patrimoniis amissis; postremò omnes, quos flagitium aut facinus domo expulerat, hi Romam sicuti in sentinam confluerant: dein multi, memores Sullanæ victoriæ, quòd ex gregariis militibus alios senatores videbant, alios ita divites ut regio victu atque cultu ætatem agerent. Sibi quisque, si in armis foret, ex victoriâ talia sperabat: præterea juvenus, quæ in agris manuum mercede inopiam toleraverat, privatis atque publicis largitionibus excita, urbanum otium ingrato labori prætulera; eos atque alios omnis malum publicum alebat: quò minùs mirandum est, homines egentis, malis moribus, maxumâ spe, reipublicæ juxtâ ac sibi consuluisse; præterea, quorum victoriâ Sullæ parentes proscripti, bona erepta, jus libertatis imminutum erat, haud sanè alio animo belli eventum expectabant: ad hoc quicumque aliarum atque senatûs partium erant, conturbati rempublicam quàm minùs valere ipsi malebant: id adeò malum multos post annos in civitatem reverterat.

XXXVIII. Nam postquam Cn. Pompeio et M. Crasso consulibus tribunitia potestas restituta est, homines adolescentes summam potestatem nacti, quibus ætas animusque ferox

Qui ubique, los que habia en todas partes mas señalados por sus infamias y desvergüenza. *Per dedecora*, en malos tratos. *Confluxerant*, habian acudido á Roma como á una sentina de maldades. *Gregariis militibus*, de soldados rasos hechos senadores. *Ut regio victu*, que en la ostentacion y trato vivian como reyes. *Manuum mercede*, que con el trabajo de sus brazos habian sostenido su pobreza en el campo, engolosinados con las dádivas del público y de los particulares, antepusieron el descanso de Roma á su afanado trabajo. *Omnis* (sup. *generis*), de todas castas. *Juxtâ*, mirasen tan poco por sí como por la república. *Quicumque*, todos los que no eran del modo de pensar del senado, mas querian se alborotase la república que el no tener ellos ninguna autoridad; de tal suerte volvió á apoderarse de la ciudad despues de tanto tiempo este mal.

XXXVIII. *Restituta est*, se restituyeron sus fueros á los tribunos de la plebe en el consulado, etc. *Adolescentes*, logrando este

Sentinam, metáfora. Propiamente significa aquel lugar inferior de la nave, donde se juntan y caen las inmundicias.

Tribunitia, el año 685 de Roma, siete antes de la conjuracion de Catilina.

erant, cœpere, senatum criminando, plebem exagitare; dein largiundo atque pollicitando magis incendere; ita ipsi clari potentesque fieri: contra eos summâ ope nitebatur pleraque nobilitas, senatûs sub specie, pro suâ magnitudine. Namque uti paucis verum absolvam, per illa tempora quicumque rempublicam agitavere, honestis nominibus alii, sicuti jura populi defenderent; pars, quò senatûs auctoritas maxuma foret, bonum publicum simulantes, pro suâ quisque potentiâ certabant: neque illis modestia neque modus contentionis erat: utriusque victoriam crudeliter exercebant.

XXXIX. Sed postquam Cn. Pompeius ad bellum maritimum atque Mithridaticum missus est, plebis opes imminutæ, paucorum potentia crevit: hi magistratus, provincias aliaque omnia tenere; ipsi innoxii, florentes, sine metu ætatem agere, ceterosque judiciiis terrere, quò plebem in magistratu placidius tractarent. Sed ubi primum dubiis rebus novandis spes oblata est, vetus certamen animos eorum arrexii. Quòd si primo prælio Catilina superior aut æquâ manu discessisset, profectò magna clades atque calamitas rempublicam oppresisset; neque illis qui victoriam adepti forent diutiùs eâ uti licuisset, quin defessis et exanguibus, qui plus posset imperium atque libertatem extorqueret. Fuere tamen extra conju-

supremo magistrado gente de poca edad y genio fogoso. *Exagitare*, conmovier. *Contra eos*, la mayor parte de la nobleza se les oponia con los mayores esfuerzos, so color de defender al senado, pero en realidad de verdad por su engrandecimiento. Pues para decir en una palabra la verdad del hecho, etc. *Nominibus honestis*, con pretextos honrosos. *Simulantes*, aparentando mirar por el bien comun, cada cual intentaba crecer en poder. *Neque illis*, ni ellos en sus porfias guardaban moderacion ni tasa. *Exercebant*, usaban de.

XXXIX. *Innoxii*, vivian impunemente, con prosperidad, y sin temor alguno. *Judiciis*, con demandas. *Quò*, para que tratasen mejor al pueblo en su ministerio. *Dubiis rebus*, para revolverlo todo dispersò los ánimos la antigua discordia (entre nobles y plebeyos). *Superior*, hubiera salido vencedor ó á lo menos no vencido. *Defessis*, sin que otro mas poderoso les hubiera quitado de las manos el imperio y la libertad, por hallarse ya debilitados y sin fuerzas...

Maritimum, comenzó año 686, la de Mitridates en 687.

Innoxii, tiene significacion pa-

siva en este lugar, pues como activo significa el que no daña.

XXVI. His rebus comparatis, Catilina nihilominus in proximum annum consulatum petebat; sperans, si designatus foret, facile se ex voluntate Antonio usurum: neque interea quietus erat, sed omnibus modis insidias parabat Ciceroni: neque illi tamen ad cavendum dolus aut astutiae deerat; namque a principio consulatus sui multa per Fulviam pollicendo effecerat, ut Q. Curius, de quo paulo ante memoravi, consilia Catilinae sibi proderet: ad hoc, collegam suum Antonium pactione provinciae perpulerat, ne contra rempub. sentiret: circum se praesidia amicorum atque clientium occulte habebat. Postquam dies comitiorum venit, et Catilinae neque petitio neque insidiae, quas consuli in campo fecerat, prospere cessere, constituit bellum facere, et extrema omnia experiri, quoniam quae occulte tentaverat aspera foedaque evenerant.

XXVII. Igitur C. Manlium Fæsulas atque in eam partem Etruriae, Septimium quemdam Camertem in agrum Picenum, C. Julium in Apuliam dimisit, praeterea alium aliò, quem ubique opportunum sibi fore credebat: interea Romae multa simul moliri, consuli insidias tendere, parare incendia, opportuna loca armatis hominibus obsidere, ipse cum telo esse; item alios jubere, hortari, uti semper intenti paratique essent; dies noctesque festinare, vigilare, neque insomniis neque labore fatigari; postremo, ubi multa agitanti nihil procedit, rursus intempestà nocte conjurationis principes convocat penes M. Porcium Leccam, ibique multa de ignavia eorum

XXVI. *Usurum*, que manejaria á Antonio como quisiese. *Pactione*, bajo el concierto de cederle el gobierno de la Macedonia. *Ne*, á que no maquinase contra la república. *Prospere cessere*, no le salieron bien ni su pretension ni sus asechanzas armadas contra el cónsul. *In campo*, en el campo de Marte, donde se celebraban los comicios. *Quoniam*, porque sus intentos ocultos le salieron frustrados é infaustos.

XXVII. *Camertem*, natural de Camerino, á la Marca de Ancona. *Alium*, otros á diversos lugares, segun y donde creia convenirian para sus intentos. *Cum telo*, nunca estaba desarmado. *Festinare*, no cesaba de dia y de noche. *Neque insomniis*, sin que le quebrantase la falta de sueño ni el trabajo. *Nocte intempestà*, á deshora de la noche...

His rebus, dispuestas así las cosas. Alude al consulado que se dió á Ciceron y Antonio.

consilii caperent. In altera parte erat aes alienum, studium belli, magna merces in spe victoriae; at in altera majores opes, tuta consilia, pro incerta spe certa praemia. Haec illis volventibus, tandem vicit fortuna reipublica. Itaque Q. Fabio Sangae, cujus patrocinio civitas plurimum utebatur, rem omnem uti cognoverant aperiunt. Cicero, per Sangam consilio cognito, legatis praecipit ut studium conjurationis vehementer simulent, ceteros adeant, bene polliceantur, dentque operam ut eos quam maxime manifestos habeant.

XLII. Iisdem fere temporibus in Gallia citeriore atque ulteriore, item in agro Piceno, Bruttio, Apulia motus erat. Namque illi quos ante Catilina dimiserat, inconsulte ac veluti per dementiam cuncta simul agere, nocturnis consiliis, armorum atque telorum portationibus, festinando, agitando omnia, plus timoris quam periculi effecerant. Ex eo numero complures Q. Metellus Celer praetor, ex S. C. causa cognita, in vincula conjecerat; item in citeriore Gallia C. Murena, qui ei provinciae legatus praerat.

XLIII. At Romae Lentulus, cum ceteris qui principes conjurationis erant, paratis, uti videbatur, magnis copiis, constituerat, uti cum Catilina in agrum Fæsulanum cum exercitu venisset, L. Bestia tribunus plebis, concione habitá, quereretur de actionibus Ciceronis, bellique gravissimi invidiam optumo consuli imponeret: eo signo proxima nocte cetera multitudo

Haec illis, recapacitando ellos todo esto. *Simulent*, que aparenten todo lo posible que desean la conjuracion, traten con los demás conjurados, les den buenas esperanzas, y procuren que se descurbran del todo.

XLII. *Bruttio*, Abruzo, la Pulla. *Motus*, alborotos. *Dimiserat*, habia despachado á aquellas partes. *Agere*, en todo procedian arrebatada y locamente. *Festinando*, *agitando*, obrando en todo con apresuracion y arrebatado. *Conjecerat in vincula*, habia puesto en prisiones. *Legatus*, en clase de lugarteniente gobernaba aquella provincia.

XLIII. *Actionibus*, de los procedimientos. *Bellique*, y echase la culpa de guerra tan temible al mejor cónsul que hubo en Roma jamás...

Civitas (sup. *Allobrogum*), en Roma tenían todas las ciudades ciertos como patronos ó procuradores

de los mismos Romanos para sus intereses.

conjuracionis suum quisque negotium exsequeretur. Sed ea divisa hoc modo dicebantur. Statilius et Gabinus uti cum magnâ manu duodecim simul opportuna loca urbis incenderent, quo tumultu facilior aditus ad consulem ceterosque quibus insidiâ parabantur fieret: Cethegus Ciceronis januam obsideret, eumque vi aggrediretur, alius autem alium; sed filii familiarum, quorum ex nobilitate maxuma pars erat, parentes interficerent, simul, cæde et incendio percussis omnibus, ad Catilinam erumperent. Inter hæc parata atque decreta, Cethegus semper querebatur de ignaviâ sociorum: illos dubitando, in dies prolatando, magnas opportunitates corrumpere, facto, non consulto, in tali periculo opus esse; seque, si pauci adjuvarent, languentibus aliis impetum in curiam facturum: naturâ ferox, vehemens, manu promptus, maxumum bonum in celeritate putabat.

XLIV. Sed Allobroges ex præcepto Ciceronis per Gabinius ceteros conveniunt: ab Lentulo, Cethego, Statilio item Cassio postulatum jusjurandum, quod signatum ad cives perferant: aliter haud facile eos ad tantum negotium impelli posse: ceteri nihil suspicantis dant: Cassius semet eò brevi venturum pollicetur, ac paulò ante legatos ex urbe proficiscitur. Lentulus cum his T. Volturcium quemdam Crotoniensem mittit, ut Allobroges, prius quàm domum pergerent, cum Catilinâ, datâ atque acceptâ fide, societatem confirmarent: ipse Volturtio litteras ad Catilinam dat, quarum exemplum infra scriptum est: « Quis sim, ex eo quem ad te misi cognosces. Fac cogites in quantâ calamitate sis, et memineris te virum; consideres quid tuæ rationes postulent, auxilium petas ab omni-

Suum quisque, hiciese cada uno su deber. *Divisa*, distribuido todo en la forma siguiente. *Manu*, gran número. *Quò*, para tener con el alboroto mas fácil la entrada. *Obsideret*, acordonase la casa de Ciceron. *Erumperent*, se marchasen á unirse con Catilina. *Inter*, mientras se daban estas órdenes y disposiciones. *Illos*, que ellos con su irresolucion y dilaciones perdian los mejores lances. *Languentibus*, si los demás andaban remisos. *Vehemens*, fogoso, intrépido y de valor.

XLIV. *Ex præcepto*, segun las órdenes de Ciceron. *Conveniunt*, hablan. *Signatum*, sellado. *Crotoniensem*, natural de Croton (en la Calabria; otros Cortona en la Toscana). *Data*, dándose mutuamente la palabra de seguridad. *Confirmarent*, ratificasen. *Quem ad te*, por el dador de esta conocerás quien te escribe: reflexiona el apuro en que etc. *Te virum*, sup. *esse*. *Rationes*, tu situacion.

bus, etiam ab infimis.» Ad hoc mandata verbis dat: cum ab senatu hostis judicatus sit, quo consilio servitia repudiet: in urbe parata esse quæ jusserit: ne cunctetur ipse propius accedere.

XLV. His rebus ita actis, constitutâ nocte quâ proficiscerentur, Cicero, per legatos cuncta edoctus, L. Valerio Flacco et C. Pomptino prætoribus imperat, ut in ponte Mulvio per insidias Allobrogum comitatus deprehendant: rem omnem aperit cujus gratiâ mittebantur: cetera, uti facto opus sit, ita agant. Homines militares, sine tumultu præsidii collocatis, sicuti præceptum erat, occultè pontem obsidunt. Postquam ad id loci legati cum Volturtio venere, simul utrimque clamor exortus est; Galli, citò cognito consilio, sine morâ prætoribus se tradunt. Volturtius, primò cohortatus ceteros, gladio se a multitudine defendit; dein, ubi a legatis desertus est, multa prius de salute suâ Pomptinum obtestatus, quòd ei notus erat, postremò timidus ac vitæ diffidens, velut hostibus sese prætoribus dedit.

XLVI. Quibus rebus confectis, omnia properè per nuntios consuli declarantur; at illum ingens cura atque lætitia simul occupavere. Lætabatur intelligens, conjuratione patefactâ, civitatem periculis ereptam esse; porro autem anxius erat in maximo scelere tantis civibus deprehensis, quid facto opus esset: pœnam illorum sibi oneri, impunitatem perdundæ reipublicæ fore. Igitur confirmato animo, vocari ad sese jubet Lentulum, Cethegum, Statilium, Gabinium, item Q. Ce-

Ab infimis, aun valiéndote de los mas despreciables. Además de esto le encarga le diga de palabra, que habiéndole el senado declarado enemigo, en què se fundaba para desechar los esclavos.

XLV. *Edoctus*, informado de todo por los comisionados. *Per insidias*, emboscándose en el puente Mulvio prendan todo el acompañamiento de los Piamonteses: les dice el motivo por que los envia, y en lo demás que procedan como el caso lo pida. *Militares*, acostumbrados á semejantes expediciones. *Consilio*, al punto que conocieron el ardid. *Obtestatus*, haciendo muchas plegarias, etc.

XLVI. *Porrò anxius*, pero se hallaba cuidadoso sobre lo que debía practicar, á vista de hallarse comprendidos en tan enorme maldad ciudadanos de tanta categoria: castigarlos redundaria en daño suyo; el disimular sería la ruina de de la república, y así con toda resolucion, etc...

parium Terracinensem, qui in Apuliam ad concitanda servitia proficisci parabat; ceteri sine morâ veniunt. Ceparius, paulò antè domo egressus, cognito indicio, ex urbe profugerat. Consul Lentulum, quòd prætor erat, ipse manu tenens, in senatum perducit; reliquos cum custodibus in ædem Concordiæ venire jubet: eò senatum advocat, magnâque frequentia ejus ordinis, Volturtium cum legatis introducit; Flaccum prætorem scrinium cum litteris, quas a legatis acceperat, eòdem adferre jubet.

XLVII. Volturtius, interrogatus de itinere, de litteris, postremò quid aut quâ de causâ consilii habuisset, primò fingere alia omnia, dissimulare de conjuratione: post, ubi fide publicâ dicere jussus est, omnia uti gesta erant aperit: se paucis antè diebus a Gabinio et Cepario socium accitum; nihil ampliùs scire quàm legatos; tantummodo audire solitum ex Gabinio, P. Autronium, Ser. Sullam, L. Vargunteium, multos præterea in eâ conjuratione esse. Eadem Galli fatentur; ac Lentulum dissimulantem coarguunt, præter litteras, sermonibus quos ille habere solitus erat: ex libris sibyllinis regnum Romæ tribus Cornelii portendi; Cinnam atque Sullam antea; se tertium esse, cui fatum foret urbis potiri; præterea, ab incenso Capitolio illum esse vigesimum annum, quem sæpe ex prodigiis haruspices respondissent bello civili cruentum fore. Igitur perlectis litteris, cum prius omnes signa sua cogno-

Indicio cognito, habiendo olido que se habia descubierto la trama. *Tenens*, tomado por la mano. *Custodibus*, con una compañía de soldados. *Ædem*, al templo de la diosa Concordia. *Frequentia*, á presencia de gran número de senadores. *Scrinium*, cajita con las cartas.

XLVII. *De itinere*, preguntado acerca de su viaje y de las cartas; últimamente, qué designio llevaba, y qué le movia. *Fide publicâ*, con palabra de perdonarle. *Socium*, le habian obligado á entrar en la conjuración. *Coarguunt*, le reconviene con las cartas y conversaciones. *Ex libris*, que anunciaban los libros de las Sibilas que el reino de Roma recaeria sobre tres de la familia de los Cornelios. *Cui fatum foret*, quien indicaban los hados se apoderaria de la ciudad. *Quem sæpe*, el que repetidas veces los agoreros habian anunciado en vista de los prodigios seria sangriento por las guerras civiles. *Signa*, sus sellos (ó firmas, como algunos quieren)...

Fatum, entiéndese aquí por hado la serie de los inevitables acaecimientos de Roma.

vissent, senatus decernit, ut abdicato magistratu, Lentulus itemque ceteri in liberis custodiis habeantur. Itaque Lentulus P. Lentulo Spintheri, qui tum ædilis erat, Cethegus Q. Cornificio, Statilius C. Cæsari, Gabinius M. Crasso, Ceparius (nam is paulò antè ex fugâ retractus erat) Cn. Terentio senatori traduntur.

XLVIII. Interea plebes, conjuratione patefactâ, quæ primò cupida rerum novarum nimis bello favebat, mutatâ mente, Catilinæ consilia execrari, Ciceronem ad cælum tollere, velut ex servitute erepta, gaudium atque lætitiã agitabat. Namque alia belli facinora, prædæ magis quàm detrimento fore, incendium verò crudele, immoderatum, ac sibi maxumè calamitosum putabat; quippe cui omnes copias in usu quotidiano et cultu corporis erant. Post eum diem quidam L. Tarquinius ad senatum adductus erat, quem ad Catilinam proficiscentem, ex itinere retractum aiebant. Is, cum se diceret de conjuratione indicaturum si fides publica data esset, jussus a consule quæ sciret edicere, eadem ferè quæ Volturtius de paratis incendiis, de cæde bonorum, de itinere hostium senatum edocet: præterea, se missum a M. Crasso, qui Catilinæ nuntiaret ne eum Lentulus et Cethegus, alique ex conjuratione deprehensi terrerent, eoque magis properaret ad urbem accedere, quò et ceterorum animos reficeret, et illi faciliùs è

Abdicato, depuesto del empleo. *Habeantur*, se les tenga en las cárceles de los nobles. *Retractus*, le habian hecho volver poco antes, yéndose huido.

XLVIII. *Mutatâ*, habiendo mudado de parecer, abominaba de las intenciones de Catilina. *Agitabat*, se ocupaba en regocijos y alegrías. *Facinora*, atrocidades. *Immoderatum*, enorme. *Quippe*, como que todos sus haberes consisten en solo comer y vestir. *Si fides*, si le daban palabra de indultarle. *Edocet*, informa al senado. *Qui Catilinæ*, para decir á Catilina que no le acobardase la prision de, etc. *Refeceret*, para animar á los demás y sacarlos cuanto antes del riesgo...

Signa, eran unos anillos como los nuestros, y sin mas firma que su estampa se entendia ser del sujeto cuyo era el anillo.

Liberis custodiis, á los nobles no os ponian en la cárcel pública, sino que, como luego dice, se les ponía

á cargo de alguna persona que no los perdiese de vista.

Plebes, nominativo antiguo de Plebes, ei, como Fames, ei, por eso Fame tiene la e larga.

Gaudium, gozo interior; lætitiã, alegría exterior.

periculo eriperentur. Sed ubi Tarquinius Crassum nominavit, hominem nobilem, maximis divitiis, summâ potentia, alii rem incredibilem rati, pars, tametsi verum existumabant, tamen, quia in tali tempore tanta vis hominis magis leniunda quàm exagitanda videbatur; plerique, Crasso ex negotiis privatis obnoxii, conclamant indicem falsum esse, deque eâ re postulant uti referatur. Itaque, consulente Cicerone, frequens senatus decernit, Tarquiniî indicem falsum videri, eumque in vinculis retinendum, neque ampliùs potestatem faciendam, nisi de eo indicaret cujus consilio tantam rem esset mentitus. Erant eo tempore qui existumarent indicium illud a P. Autronio machinatum, quò faciliùs, appellato Crasso, per societatem periculi reliquos illius potentia tegeret. Alii Tarquiniium a Cicerone immissum aiebant, ne Crassus more suo, suscepto malorum patrocinio, rempublicam conturbaret. Ipsum Crassum ego postea prædicantem audivi, tantam illam contumeliam sibi a Cicerone impositam.

XLIX. Sed iisdem temporibus Q. Catulus et C. Piso, neque gratiâ, neque precibus, neque pretio Ciceronem impellere quivere, uti per Allobroges aut alium indicem C. Cæsar falsò nominaretur. Nam uterque cum illo gravis inimicitias exercebant; Piso oppugnatus in iudicio repetundarum propter cujusdam Transpadani supplicium injustum; Catulus, ex petitione pontificatus odio incensus, quòd extremâ ætate, maximis honoribus usus, ab adolescentulo Cæsare victus discesse-

Tanta vis, que á un hombre de tanto poder mas se le debia sobrellevar que irritar. *Obnoxii*, dependientes de Craso por dependencias particulares. *Indicem*, la delacion. *Referatur*, que se dé cuenta al senado. *Consulente*, por consejo de Ciceron decreta el senado pleno. *Potestatem*, no se le diese libertad si no manifestaba quién le habia inducido á levantar tan grande calumnia. *Appellato*, nombrando á Craso en la conjuracion. *Societatem*, por el riesgo que corria su persona. *Immissum*, que le movió á ello Ciceron. *Prædicantem*, decir públicamente que Ciceron le habia imputado un delito tan afrentoso.

XLIX. *Gratiâ*, con su autoridad, ni con ruegos, ni con dinero. *Impellere*, inducir. *Nominaretur*, que nombrase en la lista de los conjurados. *Oppugnatus*, acusado en juicio de cohecho por haber sentenciado injustamente á muerte á un habitante de un pueblo de la otra parte del rio Po. *Quòd*, porque en lo mas avanzado de su edad, y habiendo obtenido los mayores empleos, habia sido

rat. Res autem opportuna videbatur; quòd is privatim egregiâ liberalitate, publicè maximis muneribus, grandem pecuniam debebat. Sed ubi consulem ad tantum facinus impellere nequeunt, ipsi singillatim circumeundo, atque ementiundo quæ se ex Volturtio, aut Allobrogibus audisse dicerent, magnam illi invidiam conflaverant; usque adeò, uti nonnulli equites romani, qui præsidii causâ cum telis erant circum ædem Concordiæ, seu periculi magnitudine, seu animi nobilitate impulsî, quò studium suum in rempublicam clarius esset, egredienti ex senatu Cæsari gladio minifarentur.

L. Dum hæc in senatu aguntur, et dum legatis Allobrogum et T. Volturtio, comprobato eorum indicio, præmia decernuntur; liberti et pauci ex clientibus Lentuli, divorsis itineribus, opifices atque servitia in vicis ad eum eripiendum sollicitabant; partim exquirebant duces multitudinum, qui pretio rempublicam vexare soliti erant. Cethegus autem per nuntios familiam atque libertos suos lectos et exercitatos in audaciam orabat, uti, grege factò, cum telis ad sese irrumperent. Consul, ubi ea parari cognovit, dispositis præsidiiis, uti res atque tempus monebat, convocato senatu refert quid de iis fieri placeat qui in custodiam traditi erant; sed eos paulò antè frequens senatus judicaverat contra rempublicam fecisse: tum D. Junius Silanus, primus sententiam rogatus, quòd eo tempore consul designatus erat, de his qui in custodiis tenebantur, et præterea de L. Cassio, P. Furio, P. Umbreno, Q. An-

excluido de su pretension por un jovencillo como César. *Res autem*, la ocasion era la mejor. *Privatim*, por su excesiva liberalidad en su casa con sus amigos, y por los espectáculos magnificos dados al pueblo, estaba muy adeudado. *Singillatim circumeundo*, hablando privadamente con unos y con otros, y fingiendo haber oido varias cosas de boca de, etc. *Conflaverant*, le habian acarreado grande odio y en tanto grado, etc. *Studium*, su amor hácia la república.

L. *Divorsis*, por diversos medios. *Opifices*, á los artesanos y esclavos de los barrios de Roma. *Familiam*, sus esclavos. *Uti grege*, que juntándose todos con armas entrasen de tropel donde le tenían preso. *Fecisse*, que habian obrado. *Primus*, habiéndole preguntado primero que á ninguno su parecer...

Adolescentulo, César tenia 56 años.

nio, si deprehensi forent, supplicium sumendum decreverat; isque postea, per motus oratione C. Cæsaris, pedibus in sententiam T. Neronis iturum se dixerat; quò de eà re, præsidii additis, referendum censuerat. Sed Cæsar, ubi ad eum ventum est, rogatus sententiam a consule, hujusmodi verba locutus est.

LI. « Omnis homines, Patres conscripti, qui de rebus dubiis consultant, ab odio, amicitia, ira atque misericordia vacuos esse decet. Haud facile animus verum providet ubi illa offiunt; neque quisquam omnium lubidini simul et usui paruit. Ubi intenderis ingenium, valet: si lubido possidet, ea dominatur, animus nihil valet. Magna mihi copia est memorandi, P. C., qui reges aut populi, ira aut misericordia impulsu, malè consuluerint; sed ea malo dicere, quæ majores nostri contra lubidinem animi sui rectè atque ordine fecere. Bello Macedonico, quod cum rege Perse gessimus, Rhodiorum civitas magna atque magnifica, quæ populi romani opibus creverat, infida atque advorsa nobis fuit: sed postquam, bello confecto, de Rhodiis consultum est, majores nostri, ne quis divitiarum magis quam injuriæ causâ bellum inceptum diceret, impunito dimisere. Item bellis Punicis omnibus, cum sæpe Carthaginienses, et in pace, et per inducias multa nefanda facinora fecissent, nunquam ipsi per occasionem talia fecere: magis quod se dignum foret, quam quod in illos jure fieri posset, quærebant. Hoc idem vobis providendum est, P. C., ne plus valeat apud vos P. Lentuli et ceterorum scelus quam vestra dignitas; ne magis iræ vestræ quam famæ consulatis. Nam si digna pœna pro factis eorum reperitur, novum consi-

Supplicium, que se debia condenar á muerte. *Pedibus*, que se arrimaria al parecer de T. Neron. *Præsidii*, duplicando las guardias. *Ubi ad*, luego que le tocó hablar.

LI. *Consultant*, que tratan asuntos dudosos. *Haud*, no es fácil conocer el ánimo la verdad cuando se lo impiden aquellas pasiones, ni nadie acertó jamás con lo útil siguiendo su capricho: adonde de aplicares el ingenio, la razon allí manifestará su fuerza; si la pasión te preocupa, se hace dueña de todo. *Magna*, bien pudiera raer á la memoria muchos reyes. *Malè*, erraron sus resoluciones. *Divitiarum*, mas por codicia que por vengar la injuria. *Nefanda*, indignas de decirse. *Per occasionem*, aunque pudieron...

Perse, Perses ó Perso, último rey de Macedonia.

lium adprobo: sin magnitudo sceleris omnium ingenia exsuperat, iis utendum censeo quæ legibus comparata sunt. Plerique eorum qui ante me sententias dixerunt, compositè atque magnificè casum reipublicæ miserati sunt: quæ belli sævitia esset, quæ victis acciderent enumeravere: rapti virgines, pueros; divelli liberos a parentum complexu; matres familiarum pati quæ victoribus collibuisse; fana atque domos exspoliari; cædem, incendia fieri; postremò armis, cadaveribus, cruore atque luctu omnia compleri. Sed, per deos immortalis, quò illa oratio pertinuit? An uti vos infestos conjurationi faceret? Scilicet, quem res tanta atque tam atrox non permovit, eum oratio accendit! Non ita est; neque cuiquam mortalium injuriæ suæ parvæ videntur: multi eas gravius æquo habuere: sed alia aliis licentia est, P. C. Qui demissi in obscuro vitam agunt, si quid iracundiæ deliquere, pauci sciunt; fama atque fortuna eorum pares sunt: qui magno imperio præditi in excelso ætatem agunt, eorum facta cuncti mortales novere. Ita in maxumâ fortunâ minuma licentia est; neque studere, neque odisse, sed minumè irasci decet. Quæ apud alios iracundia dicitur, ea in imperio superbia atque crudelitas appellatur. Equidem ego sic æstumò, P. C., omnis cruciatus minores quam facinora illorum esse; sed plerique mortales postrema meminere, et in hominibus impiis, sceleris eorum obliti, de pœnâ disserunt, si ea paulò severior fuerit. D. Silanum, virum fortem atque strenuum, certè scio, quæ dixerit, studio reipublicæ dixisse; neque illum in tantâ

Exsuperat, es mayor de lo que se puede imaginar. *Utendum*, debemos echar mano de aquellos castigos que previenen las leyes. *Compositè*, con un razonamiento adornado y magnífico se condonaron del estado miserable de la república. *Enumeravere*, recorrieron. *Collibuisse*, lo que se les antojase á los vencedores. *Fana*, templos. *Quò*, ¿á qué se dirigian aquellos discursos? Acaso para irritaros contra, etc. *Gravius æquo*, por mayores de lo que era justo; pero no todo es permitido á todos. *Demissi in obscuro*, los que viven ocultos y confundidos con el vulgo. *In excelso*, en elevacion, en lugar visible. *Studere*, ni apasionarse, ni aborrecer, pero menos que todo dejarse llevar de la ira. *Imperio*, en los que mandan se llama tiranía y crueldad. *Omnis cruciatus*, no hay castigo que iguale á su maldad. *Postrema*, de lo último que ven (esto es, del castigo)...

re gratiam, aut inimicitias exercere : eos mores eamque modestiam viri cognovi. Verùm sententia ejus non mihi crudelis (quid enim in talis homines crudele fieri potest?), sed aliena a republicâ nostrâ videtur. Nam profectò aut metus aut injuria te subegit, Silane, consulem designatum, genus pœnæ novum decernere. De timore supervacaneum est disserere, cùm præsenti diligentia clarissimi viri consulis tanta præsidia sint in armis. De pœnâ possum equidem dicere id quod res habet : in luctu atque miseriis mortem, ærumnarum requiem, non cruciatum esse; eam cuncta mortalium mala dissolvere; ultrâ, neque curæ neque gaudio locum esse. Sed per deos immortalis, quamobrem in sententiam non addidisti, uti priùs verberibus in eos animadverteretur? An quia lex Porcia vetat? At aliæ leges item condemnatis civibus non animam eripi; sed exsilium permitti jubent. An quia gravius est verberari quàm necari? Quid autem acerbum aut grave nimis in homines tanti facinoris convictos? Sin, quia levius; qui convenit in minori negotio legem tenere, cùm eam in majori neglexeris? At enim quis reprehendet quod in parricidas reipublicæ decretum erit? Tempus, dies, fortuna, cujus libido gentibus moderatur. Illis meritò accidet quidquid evenerit : ceterùm vos, P. C., quid in alios statuatís considerate. Omnia mala exempla ex bonis initiis orta sunt : sed ubi imperium ad ignaros aut minùs bonos pervenit, novum illud exemplum ab dignis et idoneis ad indignos et non idoneos transfertur. Lacedæmonii, devictis Atheniensibus, triginta viros imposuere, qui reipublicam eorum tractarent. Ii primo cœpere pessu-

Gratiam aut, ni esto lo hace por lograr el favor de alguno, ni por alguna enemistad que tenga. *Cognovi*, conozco á fondo su índole y moderacion. *Id quod*, lo que es en realidad. *Dissolvere*, pone fin á las humanas miserias, y despues de la muerte ni hay sentimiento ni gozo. *Legem tenere*, observar la ley. *At enim*, ¿pero quién reprenderá, dirás tú, cualquiera resolucion que se tome contra los parricidas de la república? La condicion de los tiempos, el día de mañana, y la fortuna, que todo lo gobierna á su antojo. Bien merecido tendrán lo que les viniere. *Minùs bonos*, malvados. *Exemplum*, los indignos é ineptos toman el ejemplo que vieron en los dignos y aptos...

Neque curæ, sententia impia y mas que pagana, que despues refuta Caton.

rum quemque, et omnibus invisum, indemnatum necare : ea populus lætari, et meritò dicere fieri. Pòst, ubi paulatim licentia crevit, juxtâ bonos et malos lubricosè interficere, ceteros metu terrere. Ita civitas servitute oppressa, stultæ lætitiæ graves pœnas dedit. Nostrâ memoriâ, victor Sulla, cùm Damasippum et alios hujusmodi, qui malo reipublicæ creverant, jugulari jussit, quis non factum ejus laudabat? Homines scelestos et factiosos, qui seditionibus reipublicam exagitaverant, meritò necatos aiebant. Sed ea res magnæ initium cladis fuit. Namque uti quisque domum aut villam, postremò aut vas aut vestimentum alicujus concupiverat, dabat operam ut is in proscriptorum numero esset. Ita illi quibus Damasippi mors lætitiæ fuerat, paulò post ipsi trahabantur; neque priùs finis jugulandi fuit, quàm Sulla omnis suos divitiis explevit. Atque ego hæc non in M. Tullio, neque his temporibus vereor. Sed in magnâ civitate multa et varia ingenia sunt : potest alio tempore, alio consule, cui item exercitus in manu sit, falsum aliquid pro vero credi. Ubi hoc exemplo per senatùs decretum consul gladium eduxerit, quis illi finem statuet, aut quis moderabitur? Majores nostri, Patres conscripti, neque consilii neque audaciæ unquam eguere : neque superbia obstabat, quò minùs instituta aliena, si modò proba erant, imitarentur. Arma atque tela militaria ab Samnitibus, insignia magistratum ab Tuscis pleraque sumpserunt : postremò, quod ubique apud socios aut hostis idoneum videbatur, cum summo studio domi exsequebantur : imitari quàm invidere bonis malebant. Sed eodem illo tempore, Græciæ morem imitati, verberibus animadvertebant in civis, de condemnatis summum supplicium sumebant. Postquam respublica adolevit, et

Indemnatum, sin hacerle causa. *Juxtâ*, igualmente á buenos que á malos á su antojo. *Nostrâ*, en nuestros dias. *Exagitaverant*, que habian puesto en cuidado á la república con sus alborotos. *Vas*, alhaja. *Trahabantur*, eran arrastrados al suplicio. *Ingenia*, diversos modos de pensar. *Superbia*, ni por arrogancia dejaban de imitar los usos extraños siendo buenos. *Arma*, la armadura militar y las lanzas, etc. *Summum supplicium*, castigaban con el último suplicio...

Arma, aquí las defensivas, y *tela* las ofensivas.